

Georg Radow

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius, I. U. D.
... Dn. Michaeli Laurentii, ad Div. Jacob. Diaconi ... Funus indicit, & ad eundum
Exequias Omnium ordinum Cives Academicos peramanter invitat : [P.P. sub
Sigillo Rectoratus die VI. April. Anno 1668.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771917724>

Druck Freier  Zugang



Radov, G.
in
M. Laurenz.

Rostock, 1668.

PROGRAMMA

^{Quo}
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

GEORGIUS RA-
DOVIUS, J. V. D.

ac Prof. Publ.

VIRI

RENDI ET CLARISSIMI

DN.

MICHAELIS

LAURENTII,

ad Div. Jacob. Diaconi

Meritissimi,

Funus indicit, & ad eundem Exequias

Omnium ordinum CIVES

ACADEMICOS peramanter

invitat.

Rostochl, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



Non ita est pridem, quum Rev. Ministerii CAPUT SENIOREMQUE committeremus telluri; quæ nostra omnium mater est. Hodie eodem fungimur officio in ejusdem ordinis sacri VIRO Reverendo, Clarissimoq; , DN. MICHAELE LAURENTIO, æquè inviti nolentesq;. Priori funere vel solari, vel levare dolorem poterat, quòd mortalibus exiret is, qui confectæ jam ætatis foret, adeoque vivere quidem adhuc fortè, sed non admodum diu amplius, per naturam, quiret. Hodie effertur ipso VIR ætatis flote constitutus, viribus ac robore integer, nil nisi stabile ac duraturum quid pollicitus, & mortem sine dubio meditata quidem, sed tam propè abesse vix fortassean (quæ nostra hominum est in rebus moriendi oscitantia) persuasus. Adeò nullam sibi temerè mors figi sinit legem! Adeò maturum illi id etiam est, quod vix jam natum. Non tempus ipsa ullum, non ordinem, non personam respectat; ac sicuti destinata est omnibus, ita ex æquo etiam omnibus incumbit. Qui profectò locus de vitâ nos nostrâ eximie commodumq; admonet. Quæ quàm caduca, quàm fragilis, quàm parva sui certa sit, tum elucet potissimum, quum floridissimis quibusq; ac maximè integris adimitur. Enimverò incana capita, longoq; senio inclinatos Viros, ceu qui jam spacia confecerint sua, admotiq; ad illâ sint lineâ, ultra quam cursum porrigere sit nefas. mori, nemo adeò vel mirabitur, vel justo etiâ impensius dolebit. Ceterum argumentum, aut, de fugacitate ævi humani quæ sit, materiem, alibi considerare prolixius curatiusq; meminimus. Nunc persequi eandem aut o-
pero-

perosius deducere, minimè sedet sententia. Sedet potiùs, id, quod hodiernus nos dies monet, agere, atquè adèd de **FUNCTI** origine, vitâ, functione, morteq; jam nunc porrò, quæ quidem ad nos pervenerint, exponere. Natus est itaq; hic **Rostochi** die 10. April. Anni 1631. Patre Viro Spectatissimo & Prudentissimo **DN. MICHAELE LAURENTIO**, Senatore primario; Matreq; **ANNA Kochin** / Feminarum ornatissimâ. Avum paternum habuit & sibi, & parenti cognominem, **MICHAELEM LAURENTIUM**, mercatorem Civem-que eximium; Aviam paternam, **Tilsche Schmiedes** / sexus sui pariter ornamentum decusq;. Avus maternus fuit, **JOACIMUS Koch** / **VIR** honoratissimus; Avia materna **ANNA Paulls** / præclaræ virtutis pietatisq; Matrôna. Ex his parentibus majoribusq; originem traxit suam, terrenam quidem illam vilioresq;, **NOSTER**. Eminentiores cælestioresq; aquæ ac **SPIRITUI** imputare habuit. Renascentiam, aut regenerationem appellitare suevimus oppidò eximie appositèq;. Ipsa sordibus peccati totummersum, iraq; filium, lotum probè mundatumq; Ecclesiæ inseruit, consortemq; ejus fecit regni, quod nunc reapse adiit; ac coherentem dedit hujusce, qui sanguinè pro ipso suū fuderat. Infantulo ac vix egresso semestri, id præcipuè triste atquè percontigit-acerbum, quòd matre orbaretur. Sed bellè habet. Sar sit jacturam provida **DEI** cura, ut quæ parenti alteram. suppeditaret conjugem, exemplar **MATRONARUM** & clarissimum jubar, **JOANNAM BACMEISTERIAM**, Experimentissimi, Excellentissimiq; **VIRI**, **DN. JOANNIS BACMEISTERI**, Doctoris Medici filiam; etiamnum, per **DEI** gratiam, superstitantem: Quæ ipsa in **FUNCTO** non privignum, sed filium habuit; ipse vicissim in illâ non novercam, sed germanam fidissimamq; expertus matrem. Octo natus

tus annos GUSTROVIANAM in Scholam missus abs suis est, ibidemq; integrum hæsit septennium, cum grandi studiorum suorum incremento. Erat enim eo tempore fidei instructissima, quam diximus, Schola Præceptoribus, qui palmam ceteris quorumvis locorum aliorum vel auferrent, vel dubiam minimum facerent. Anno seculi 47. STRALSUNDENSIBUS datus formandus est, & biennium quidem. Quo lapsa, in Patriam redux, gnaviter, quæ partium esse suarum existimaret, urisit, Philosophiæ præcipuè linguarumquè præceptis operatus. Anno 51. apud LIPSIENSIIUM invisit Academiam. Quamquam non admodum ibi diu moratus, sed svasu instinctuquè celeberrimi Theologi, DN. D. HULSEMANNI, ad WITTEBERGENSES mox discessit; ubi & hæsit aliquamdiu, &, quæ cæperat, Philosophiæ humanitatisquè studia feliciter pertexuit; quin amplius, præeuntibus Excellentissimis DNN. Theologiæ Professoribus, hosce in sacratissimâ divinissimâquè disciplinâ progressus fecit, uti principem felicitatis suæ studiorumquè suorum, aut, quos in iisdem fecisset, progressuum, partem isti jugiter ACADEMIÆ adscriptum iret. Versabatur jam Dn. Parens in eo, uti revocaturus ad sese, in quæ Patriam, Filium, esset. Sed enim hic ipse amore peregrinationum nimio perè attinebatur. Utquè desideria ista sua explerentur, facile abs patre indulgentissimo obtinebat. Qui existimare minimè poterat, MICHAELEM suum quicquam temerè petiturum, quod non in usus insignitè facturum suos sciret. Arrepta igitur, MICHAELE duce, via est, & princeps toto terrarum orbe celeberrimæ GERMANIÆ perlustrata portio. Nec neglecta dein, quæ in PRUSSIA POLONIAq;, quin DANIA BELGIOq; cernerentur, loca primaria. Ubi monere profectò habemus, non in mero urbium aut Regionum visu rem sub-

stitisse

stitisse (quæ minuta peregrinationum, vel nulla laus foret) sed arreptum ubiquè collectumquè sat studiosè, quod formandis servire moribus, aut discernendis hominum ingeniis quiret. Confecto isthoc pacto itinere, GRYPHISWALDIAM concessit; inquè istâ Academiâ luculenta edidit eruditionis suæ, nec una specimina. Inde tandem in patriam reveri⁹ de libero arbitrio, sub præsidio VIRI maximè Rev. Excellentiss. DN. D. GASPARI MAURITII, tunc P.P. ac Superintendentis, hodiè Hamburgensium Pastoris benemerentissimi, publicitùs disputavit; & mox non admodū vile opus, catalogū Hæreticorum, ipse ab omni hæresi alienissimus, vulgavit. Erat enim earum rerum, quæ ad Ecclesiasticam attinerent antiquitatem, studiosissimus. Quas tamen operas, & ceteroqui Theologicas omnes eâ versabat lege atquè ordine, uti ad praxin potissimum, respectaret, ac concionibus ad populum habendis sese tantum non totum dicaret. Hunc enim studiorum tandem suorum decrèrat finem esse: quòd rectè atquè ex vero arbitraretur, ex solis Theoreticis nil sese temerè quicquam lucraturum. Nec se fellit VIRUM sua hæc opinio; quando ex animi rem tandem succedere videres sententiâ. Enimverò factum est DEI curâ atque providentiâ, uti ante hosce 6. annos Diaconatui jacobeo (provinciam ante ipsum eximè ornârat Reverend. & Clarissimus VIR, DN. M. THEOPHILUS Großgebaur /) justâ ordinariâquè vocatione præficeretur, nec sine laude suâ applausuquè AUDITORUM isthoc hucusquè fungeretur officio. Annum unum Ecclesiastes, matrimonio sibi sociavit Feminarum honoratissimam præstantissimam

Rantissimamquē, ANNAM Boltzen/ DN. GUNT-
ZELIVonEizen/relictā viduam, VIRI Nobiliss. Ampliss.
& Consultiss. DN. THEODORI SUTERI, REIP. RO-
STOCH. COS. gravissimi; privignam, ex quā binam
suscepit prolem, sed utramquē fato functam suo:
Quæ matri magna mororis causa fuit; sed longè jam
est major, quòd bis vidua CAPITE HEROq; orbe-
tur, PRÆSIDIO excidat suo, salutisque ac fe-
licitatis terrenæ fidissimo destituatur CURATORE.
Nos MOESTISSIMÆ, quidquid sperari cælitus
subsidiū solatiique possit, animitus aprecamur. Di-
ximus hactenus, quantum paginarum passa est angu-
stia, de VIRI ECCLESIASTÆ origine, studiis, offi-
cio, seu functione: Vitam ejusdem breviter ita com-
plectemur, uti a jam, fuisse ab omni parte PIAM,
DECENTEM, CHRISTIANAMq;. Nequē enim
malè vivere is temere poterat, qui alios, uti honesta-
ti, pietati, morumquē elegantia studerent, tanto co-
namine publicè privatimq; doceret. Superstitat
MORS VIRI; de quā compendio, quemadmo-
dum ipsa fuit compendiosissima, dissertabimus. *Pa-
schali* lapsō non ita pridem tempore, malè habere, ac
queri de valetudine cæpit. Primā tamen adhuc fe-
riā functus officio. Ceterum, uti in concionante pa-
rili, qui quidem pridem, minimè vel vigor adverte-
retur, vel æqua animositas. Nec tamen tumerat, in-
tantum tandem valituri mali morbivè suspiciō, uti ex-
trema ipsa minitaretur. Sed id non diu post suspi-
cari utiq; dabatur. Adeò ibant res valetudinis cotidie in
pej⁹ Accersebatur initio MEDICUS. VIR Experientiss. &
Excellentiss. DN. JOANNES BAGMEISTERUS,
Med.

Med. D. & ejusdem uti & Math. superiorum Professor
Publ. Collega & Amicus noster honoratissimus, qui
corpori mederetur, aut, si quàm posset, opem ferret.
Sed id fuit omne nequicquam. Advocabatur itaque
dein, qui animam procuraret, VIR pl. Reverend. &
Excellentiss. DN. JOANNES QUISTORPIUS, S. S.
Theolog. D. ac Profess. Pastorq; Jacob. vigilantissi-
mus, Collega itidem & amicus noster svavissimus: Isq;
sanctus officio rationibus non unis. Enimverò & so-
latus decumbentem est, equè morbi violentiâ quo-
dammodò labascentem crexit; deniq; cœlestibus e-
pulis, tanquam ultimo viatico, instruxit. Quibus sum-
tis, dici nequit, quantoperè exultarit, gavisusq; sit
NOSTER, ut qui jam bellè omnia habere, nec quic-
quam nociturum ei omninò existimaret, qui concilia-
tus jam de novo cum DEO foret. Dati, qui insequen-
bantur sacram synaxin, pusilli dies meditationibus,
precibus, suspiriisq;: Omnia mundana procul exesse
animo iussa; sola agitata divina atque cœlestia. Ul-
timus fuit MARTII, qui VIRO optimo & vitæ, &
miseriarum, quibus ipsa mergitur, finem attulit, non
nisi annos nato septem ac triginta. Quæ floridissi-
ma, uti sub initium monebamus, ætas est. Sed lon-
gè tamen florentiores, quos jam attigit aut consecu-
tus est annos. Hic senii ingruentis tandem erat pe-
riculum. Ibi, ubi jam degit, perpetua est juvenia;
nullas accessiones passura, nullas admittura vicissitu-
dines. Nos VIRO istas delicias, tantamquè felicitate-
m minimè invidemus; quùmq; vivo nil præstare
amplius officii possimus, FUNCTO frequentissimas
hodiè ibimus exequias. In memoriam eâ nobis ratio-

nc

ne revocaturi: QUID AUT QUINAM HOMI-
NES SIMUS: QUAMOVE OBREPERE ET-
IAM TUM NOBIS MORS POSSIT, QUUM
NIL COGITAMUS AUT VERSA-
MUS MINUS, QUAM
MORTEM.


P.P. sub Sigillo Rectoratus, die VI. April.
Anno 1668.

Conventus fiet in Æde JACOBÆA,
horarum pomerid.



Med. D. & ejusdem uti & Mat
Publ. Collega & Amicus nos
corpori mederetur, aut, si quã
Sed id fuit omne nequicquam.
dein, qui animam procuraret
Excellentiss. DN. JOANNES
Theolog. D. ac Profess. Pasto
mus, Collega itidem & amicus
functus officio rationibus non
latus decumbentem est, equẽ
dammodò labascentem crexit
pulis, tanquam ultimo viatico,
tis, dici nequit, quantoperè
NOSTER, ut qui jam bellè or
quam nociturum ei omninò ex
tus jam de novo cum DEO fore
bantur sacram synaxin, pusill
precibus, suspiriisq;: Omnia
animo iussa; sola agitata divi
timus fuit MARTII, qui VI
miseriarum, quibus ipsa mergit
nisi annos nato septem ac trig
na, uti sub initium monebam
gè tamen florentiores, quos ja
tus est annos. Hic senii ingre
riculum. Ibi, ubi jam degit,
nullas accessiones passura, null
dines. Nos VIRO istas delicia
tem minimè invidemus; qu
amplius officii possimus, FUN
hodiè ibimus exequias. In me

the scale towards document



am Professor
rissimus, qui
opem ferret.
atur itaque
Reverend. &
RPIUS, S. S.
vigilantissi
rissimus: Isq;
mverò & so
olentiã quo
celestibus e
Quibus sum
yavilusq; sit
e, nec quic
qui concilia
qui in seque
itationibus,
rocul exesse
celestia. Ul
& vitæ, &
tulit, non
æ floridissi
Sed lon
nt consecu
em erat pe
juventa;
a vicissitu
uè felicitat
nil præstare
uentissimas
nobis ratio
AC